



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

109. An sit facienda difficultas moribundo, qui vult relinquere vni filio plus quam alteri. Et an peccet, si sine causa, & ex inordinato affectu inter liberos successionis inæqualitatem constituat. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

gnatus est, qui eos alere possit, & velit; quia nulla est lex naturalis, diuina, vel humana, ad plus de precepto obligans. Quod si non sint in hac extrema necessitate, de rigore nihil eis tenentur relinquere: imò pater totum id, quod superest ultra partes legitimas filiis de iure debitas, potest de rigore relinquere extraneo, & dicere filiis, ut quisque tollat, quod suum est, & vadat, nec ob id est illis deneganda absolutio. Quod si ex odio faciunt & nolunt mutare testamentum, distinguit prudens Confessor peccatum à non peccato, & nisi odium deposuerint, non absoluat: si autem dicunt, se odium deposuisse, & de habito penitere, sed nolle mutare testamentum, sunt absoluedi, & non potest ad hoc illos cogere, etiam si in eo venialiter peccarent; nam veniale non impedit effectum Sacramenti, nec tollit gratiam. Quod idè diximus, quia inueniuntur Confessarij, qui cum infirmis, & in extremis laborantibus, consanguineorum potius, quam animæ causam tractant: & illos absoluerunt, nisi testamentum mutauerint, & iuxta consanguineorum voluntatem fecerint: vnde etiam illos sæpè ad desperationem inducunt, & c.] Hæc omnia Philarchus.

## RESOL. CIX.

*An sit faciendâ difficultas moribundo, qui vult relinquere vni filio plus quam alteri?*  
*Et an peccet, si sine causa, & ex inordinato affectu inter liberos successione inæqualitatem constituat?* Ex p. 5. tr. 3. Ref. 1. 3. 0.

Sup. hoc in  
Ref. præte-  
rita.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum ex Laymann lib. 3. sect. 5. tr. 5. c. 5. n. 13. vbi sic ait. Licet secundum ius ciuile parentes liberis singulis non nisi certam portionem relinquere cogantur, ideòque vni plus, quam alteri conferre possint, peccant tamen plerumque, si sine iusta causa, & ex inordinato affectu inter liberos (quorum natura communis est) successione inæqualitatem constituent, v. g. quia ex diuersis matrimonijs nati sunt, quorum vnâ matrem magis, quam alteram testator delexit. Ita ille.

2. Sed moraliter loquendo, semper adsunt iusta causa id faciendi sine vilo peccato, quæ quidem sunt, si inter eos aliqui de testatore domesticis obsequijs, alijsve officijs magis meriti fuerint, si qui plus indigere videantur, quia bonis aduentitijs carent, si adhuc puilli magno sumptu in studijs educari debeant, denique si secundum gentis consuetudinem prius geniti alijs, aut masculi foemini in successione præferantur.

## RESOL. CX.

*An moribundus filio spurio possit relinquere solum alimenta, quæ pertinent ad necessitatem status?*  
*Et an ultra alimenta possit ei relinquere aliam pecuniarum summam propter bene merita filij, quia hæc non censetur donatio, sed remuneratio?* Ex p. 5. tract. 3. Ref. 131.

Sup. hoc in  
Ref. seq. §.  
nota vero.

§. 1. Videtur affirmatiuè respondendum, ex Casanæo conf. 39. n. 55. Palacio Rubecos cap. per vestras, de donat. notab. 3. §. 24. nu. 5. & Bæza de non melior. filiab. c. 48. n. 30.

2. Sed ego puto teneri patrem exhibere alimenta filio spurio secundum dignitatem status, & idè in illis statuendis habenda est consideratio non solum ad personam spurij, sed etiam ad omnes personas, quibus filius spurius tenetur alimenta præstare. Et ita docet Tello l. 1. Tauri, n. 10. Mattienzo l. 5. ord. tit. 8. l. 8. g'oss. 1. & 10. Molina l. 2. de primog. c. 15. n. 55. & alij, quos citat & sequitur Sanchez in opus. tom. 2. l. 4. c. 3. d. 34. n. 1. & 2. Probatur hæc opinio ex l. sed & si quid §. sufficienter ff. de usufruct. & rationi aduersatur filio viri nobilis solum præstari à patre panem, & olera, quæ ad natu-

re solius sustentationem sufficiunt.

3. Notandum est etiam hic, posse patrem in testamento relinquere filio spurio ultra alimenta aliam pecuniarum summam, propter bene merita filij, quia hæc non censetur donatio; sed remuneratio, & inter eos inter quos est prohibita donatio, non censetur prohibita donatio remuneratoria, modò tamen de meritis constet, & donatio sit æqualis meritis. Ita plures, quos citat & sequitur Bojas in Epit. successor. c. 25. n. 1. & seq. Obseruat tamen, & optimè; Sanchez vbi supra, d. 3. §. n. 2. quod vt dicatur donatio remuneratoria, debent esse talia merita, siue seruitia, ad quæ donatarius alijs non tenebitur; quæ enim debentur ex necessitate, vel officio, iubente lege, non debent censeri beneficia, quæ exigant præmium, siue remunerationem, v. g. vxor, filius, debent viro, patri certas operas, & obsequia, ea si præstita fuerint, non habentur pro meritis.

## RESOL. CXI.

*Quid liceat, vel non liceat moribundo in relinquendo ad aliquid filio spurio?*

*Et notatur filium spurium posse tenere ea, quæ mater ipsi reliquit, donec per iudicem priuetur.*

*Et quid, si mater sit Illustris, an possit filio spurio quidquam illi dare, si habeat proles legitimas?*

*Et quid agendum est, si alijs liberis careat?*

*Et an filius spurius possit hæres institui sub conditione, cum capax erit, siue cum à Principe legitimatur?* Ex p. 5. tr. 3. Ref. 121.

§. 1. Ad hunc casum libet respondere cum verbis Soto 13. n. 15. vbi sic asserit. [Se ha de aduertir, que quando el padre buelca vn amigo sel à quien tiene por hombre honrado, y le dexa por heredero, creyendo del que él darà la hacienda à su hijo espurio, lo puede hazer, y si se le aun podria declararle su concepto diciendole: tenor yo os tengo por hombre honrado, y assi fio de vos, que dareys la hacienda que os dexo à mi hijo, aunque yo no puedo obligaros à ello: en este caso este es verdadero heredero, y si quisiere, podrá restituyr la hacienda al hijo espurio, mas si no lo quisiere hazer, podrá retenerla con buena conciencia, y aunque no lo haria, como hombre de bien. Mas la duda es, si le diò palabra el heredero de restituyr la hacienda al hijo espurio. En este caso dize Soto que no vale la donación, assi que està obligado à restituyr la. Mas otros tienen, que este es verdadero heredero; lo qual me parece que lleue mejor camino. Assi lo tienen Couar. Ledesma y Lesio. La razon es, porque no ay ley que haga à este inhabil para recibir el dominio de la herencia, sino solo en pena de la palabra que diò, le priuan dellazalo qual no està obligado, antes de la sentençia del juez. Mas toda via queda duda, si el que diò esta palabra està obligado en conciencia à restituyr la hacienda al hijo espurio? A lo qual dizen Couarruñas, y Lesio que no està obligado à ello, porque aquella promessa fue nula por ser contra la ley; y assi solo està obligado à cumplir la fidelidad, pero no de justicia, porque la condicion o grauamen que pone el testador, siendo contra ley, se juzga como si no fuesse puesta en las vltimas voluntades. conforme à vna ley; y tambien lo tiene Bænez, aunque Ledesma dize, que està obligado à cumplir la palabra de justicia, porque con està carga le dieron la herencia; y dize, que lo tiene Orellana, y comunmente los Tomistas, lo qual parece probable; aunque tengo por mas probable lo que queda dicho.] Hæc omnia Villalobos.

2. Verùm Becanus part. 3. tom. 1. cap. 7. §. 6. mm. 1. & alij docent, quòd si pater heredem instituens, roget eum, vt hæreditatem restituat spurio, & ille promittat se